

Ecclesia parochialis titulo sancte Lucie loci Cateri

Est satis ampla et capax populi.

Tectum satis tutum a pluia habet.

Pavimentum ex calce stratum.

In medio divisorium lapideum, super quo vas aque sancte marmoreum et hinc inde sedilia lapidea indecentia.

In quibus etiam extant quosdam cancellos ligneos et in ipsis paramenta ecclesiae asservantur.

Prout etiam oleum in quodam armario prope altari existenti una cum calice conservatur.

Ostia satis tute clauduntur et prope unum ipsorum inest aliud vas aque benedictae satis ad formam.

In quodam vacuo ecclesiae ad dexteram ingredientis ubi alias erat quodam o[s]tium repositae sunt nonnullae tegulae.

Altare

Mensam satis ad formam habet.

Iconam decentem.

Candelabra ferr[e]a tolerabilia.

Crucem ligneam depictam et deauratam.

Tres tobaleas.

Palium ex corio inauratum.

Bradellam lateritiam ad quam ascenditur per duos gradus.

A latere epistolae extat quedam fenestella pro ampullis asservandis.

Caret ecclesiae campanile.

[76v] Campanae vero duae extant apense ligno muro ecclesiae infixae.

Supellex

Un calice con la sua patena d'argento.

Doa para di corporali, quattro purificatori.

Un missale novo. Due pace, una di osso di bronzo, et una campaneta, una cotta, doi palii d'altare. Quattro paramenti forniti et una [sic] di essi di damasco bianco.

Inest etiam in ecclesia quedam capsia in qua cerei asservantur.

Eucharistia

Asservatur in tabernaculo ligneo deaurato et depicto cum croce in summate satis tolerabile.

Intus serico rubei coloris vestitum, stratum corporale.

Hostiolum satis patens ita ut tabernaculum ostensorium per eum facile ingreditur et tute clauditur.

Huiusmodi tabernaculum super altare maius existens.

Icone inheret firmiter et stabile.

Particulas sanctissimi sacramenti asservantur in pixide argentea.

Habet et aliam que inservit pro tabernaculo ostensorio et in ea lunula argentea satis decens.

Defert tamen huiusmodi eucharistie sacramentum ad egrotos intus calicem et unicam tamen particulam, indutus [stola] et cotta, concomitantibus hominibus, qui infi[r]mo communicato ad ecclesiam non decedunt, sed solus parochus cum clerico.

Nullum habet baldachinum.

Per viam recitat psalmos.

Renovat particulas sacramenti qualibet tertia domonica mensis.

[77r] Lampas continuo ardet expensis populi et societatis Corporis Domini.

Que habet regulas manuscriptas minime a reverendissimo ordinario approbata[s].

Ipse conficit hostias.

Fiunt comuniones generales in die Nativitatis Domini, in die Resurrectionis eiusdem, in festo Assumptionis beate Marie virginis.

In quorum administratione et erga infirmos servat formam sanctae matris Ecclesiae et satis recte se gerit.

Adhibet diligentiam tempore paschali in describendis communicatis, a quibus panis ordeaceus sponte offertur.

Fit processio qualibet tertia dominica mensis et in die solemnitatis Corporis Domini, et loco baldachini ipso die utuntur quadam cortinea linea in ecclesia existenti.

Pro temporibus pluiviosis habet lanternonum.

In reliquis recte se gerit.

Baptismus

Extat baptisterium lapideum in medio ecclesiae ad dexteram ingredientis.

In quo vas terreum forma rotunda et in eo aqua baptismi asservatur.

Caret ciborio sed tute clav[i] clauditur.

Inest in eo etiam sacrarium.

Circa huiusmodi sacramenti administrationem servat formam sanctae matris Ecclesiae et satis recte se gerit.

Olea sacra

Asservantur in vase sta[m]neo forma oblonga tribus spatiis distincto, in quibus tantum chrisma et oleum catholicorum ac sal, oleum vero infirmorum in alio vase separato asservatur, non tamen ad formam extat.

Que vasa oleorum retinentur in armario ligneo in quo alias servabatur sanctissimum eucharistie sacramentum.

[77v] In huius sacramenti administratione servat formam ritualis et recte se gerit.

Penitentia

Confessionnale satis ad formam inest in medio ecclesiae in loco satis perspicuo.

In imponendis penitentiis et huiusmodi sacrame[n]ti administratione satis prudenter se gerit.

Matrimonium

Publicavit decreta concilii Tridentini de reformatione matrimonii.

Per tres dies festus debitas in ecclesia emittit denunciations, nullo tamen habit[o] consens]u a sponsis sed tantum ab eorum parentibus.

Describit nomina contrahentium in libro.

Circa vero huiusmodi sacramenti administrationem servat formam sanctae matris Ecclesiae et satis recte se gerit.

Parochus

Parochialis supradicte extat pater Mattheus de loco Sancti Antonini.

Etatis annorum quinquaginta.

Ostendit literas suorum ordinum et dicti sui beneficii.

Cuius redditus asserit ascendere ad sumam scutorum viginti, quos libere percipere etiam asseruit.

Nullos bona ecclesiae impediens, minusve decimas non solventes extare.

Null[o]s tumultuantes in ecclesia, nullosve usurarios et huiusmodi publico peccatores

Ecclesia habere domum canonicalem satis eidem propinquam et in ipsa cum sorore et nepote cohabitare dixit.

Asseritque habere librum status animarum, que sunt numero 300.

[78r] Parochia esse satis unitam.

In qua nullas extare incantatrices et artem malificam ac superstitiosam exercentes.

Pueros docere doctrinam christianam.

Peccata sua confiteri variis confessariis.

Nullum habet clericum particularem.

Ad[i]hibere diligentiam in describendis difunctis dixit.

In ipsa parochia extat quidam ludimagister.

Nullibi constat professionem fidei emis[s]isse.

In reliquis se recte gerit.

Ecclesia titulo sancti Cesarei

Extat proprius titulus parochialis predicti loci Cateri.

Tectum pluiosum habet et ex vetustate fere consumptum et minantem una cum tota ecclesia ruinam.

Parietes ex lapidibus solidatis.

Pavimentum terreum et dofossatum [*sic*].

In quo mortui sepeliuntur.

Ostium habet et clauditur, super quod extat campana ligno apensa.

In ipsa ecclesia inest quodam altare o[mn]ibus necessariis destitutum et in nihilo ad formam.

In eo tamen non celebratur.

Prope ipsam ecclesiam extat quedam pars muri ecclesiae sancte Lucie.

Cimiterium macerie circumdatum circuit ecclesiam, non per totum(?) tutum ab ingressu bestiarum.

Caret cruce et in eo etiam mortui sepeliuntur.

[...]

Chiesa di Santa Lucia di Cata[ri]

All'altare si facci la bradella alla f[orma] prescritta nei decreti generali.

Eucharistia

Nell'administratione di questo sa[cramento] agli infermi non porti le particole n[el calice] ma si bene nella pisside et osservi nel resto quanto nei decreti generali habbiamo ordinato, provvedendo delle cose necessarie prescritte in quelli.

Battesmo

Si riduca quanto si puole il battisterio alla forma prescritta nei decreti generali et si provega di tutte l'altre cose necessarie prescritte in quelli.

Olei [sacri]

I vasi de gl'olei santi si faccino alla forma prescritta nei decreti generali, provvedendo di tutte le cose necessarie conforme a quanto in essi si è ordinato.

Penitentia

Provegga delle tabbelle per [tenere] affisse al confessionniale alla forma prescritta nei decreti generali et nell'administratione di questo sacramento osservi quanto in esso habbiamo ordinato.

Parocho

Provegga de libri prescritti nei decreti generali.

[274v] [***] [cer]chi d'ins[egnare] la dottrina [cristiana] [***] non la[sci d'esser]citare l'officio [***] di scola(?) [***] havrà fatta [***] del reverendissimo [ordinario] [***] il [***] il(?) detto(?) parocho [pres?]ente non ha fatto la professione della [fede] et in conseguenza ne manco i frutti [***] perciò li provegga di oportuno [rime]dio.

Chiesa di San Cesareo

[Si racco]nci il tetto ove piove et ove minacia [ruina].

Si racconci il pavimento.

L'altare si riducha alla forma prescritta nei decreti generali et non potendosi ristaurar detta chiesa si riduchi alla forma degli oratorii campestri descritta in essi o del tutto si getti a terra.

Il cimiterio

Si chiu[da in manier?]a che sia sicuro dall'ingresso degli animali et vi si ponghi la croce alla forma prescritta nei decreti generali.